



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Fvlvii Androtii, Societatis Iesv, Piæ meditationes de  
Passione & Morte D. N. Iesv Christi**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno MDCIII**

Mysterium secundum de venditione Christi facta à proprio discipulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48634](#)

*Mysterium secundum de venditione Christi facta à proprio discipulo.*

**P**rimò orandus est Deus, ut gratiam det rectè meditandi de hoc mysterio.

2. Considerandæ sunt personæ, locus, factum.

3. Considera quatuor puncta à quo, quid, pro quibus, quare passus sit Christus, ut supra annotatum est.

*Puncta meditationis.*

1. Considera venditum esse filium Dei. A quo? A discipulo suo, quem tot beneficj affecerat, cui corpus suum in cibū & proprium sanguinem in potū paulò ante porrexerat. Vide quoq; quām exiguo pretio eum vendiderit; cui vendiderit; nempe inimicis crudelissimis. Quo modo? cum osculo, amicitiæ signo. Quo tempore? In Paschate, quando tota pruincia Iudææ ierosolymam confluēbat.

2. Ingentem Charitatem Christi, quam benignè amplexus est proditorem, & euram, quam de eius salute gerebat.

3. Item,

## 48 ANDROTII

3. Promptitudinem, qua obuiam ibat suis inimicis.
4. Mansuetudinem, qua eos allocutus est, & Iudam vocavit amicum.
5. Patientiam, qua permisit se ligari, percuti, & pessime tractari a Iudæis, & cogita quasi præsens esses.

*Confusio nostra.*

1. Quod studeamus non osculari, sed mordere potius, & aliquando durius trahere eos, a quibus læsi sumus.
2. Quod toties, etiam minori pretio, Christum prodiderimus.
3. Quod tam moleste suscipiamus tribulationes a Deo immisssas.
4. Quod tam imperiosè & dure alloquamur proximum nostrum.
5. Quod tantam impatientiam demostremus in nostris calamitatibus, quantumvis paruis, & tam parum nos assuefaciamus ad patiendum pro Christo, cu non ignoremus, quāta ipse passus sit pro nobis.

*PETITIO.*

**P**ete a Deo gratiam amplectendi omnes tribulationes, sicut ille ampliatus est Iudam (nempe ut amicum & non ut inimicum) & amplectendi eas

VI

DE PASS. DOMINI.

49

vt bonas non vt malas , vt immissas à  
Deo,& non ab hominibus.

ORATIO.

**D**omine Iesu Christe, per charita-  
tem quæ te permouit ad ample-  
ctendum tam benignè & tam  
suauiter osculantem ludam proditorem,  
largire mihi gratiam, ut eadem prompti-  
tudine animi qualemcumq; crucem mihi  
immissam amplectar, tanquam donum  
tuum, in utilitatem meam ex suauissimo  
tenebrimoque amore tuo mihi conces-  
sum, & ut semper bonum pro malo ijs,  
qui me offenderint, per nomen tuum  
sanctum reddere valeam. Amen. In fine  
idem fiat, quod in primo mysterio.

*Tertium mysterium.*

**Q**UOD toties fuerit ligatus & du-  
ctus per plateas yrbis Hierosoly-  
mitanę instar latronis, in qua tan-  
ta fecerat miracula; nec vsquam legitur,  
tale quid simili alicui personæ accidisse.

Considera bene historiam totam, per  
sonas & quidquid ibi agitur, atque si  
præsens essem, & quid aeturus fuisses, si  
postquam agnouisses cum esse filium Dei,  
proprijs oculis aspexisses.

C

Con-